

De figuris lapidum, &c.

Chelidonias ab Hirundinibus dictos, vt ab Aquilis Aëtitas, Aleçtoriã à Gallo, suprâ dedimus.



Batrachitæ vel Crapodinæ vulgò dicti lapides, à Bufonibus, quorum capitibus eos contineri persuasum est. Sunt autem species eius tres hîc exhibitæ, magnitudine differentes: figurâ hemisphærica, caui intus, foris conuexi. Quartus maior & oblongior est. Cæteros ferè Krottenstein, id est, Bufonum lapides nostri vocât. Quartum, qui rarior est, audio Schlangenstein oder grosser Krottenstein vocari, id est, Serpentium lapidem, tanquam Ophitendas. Tertium minimû minusq; cauum, Caluariæ Bufonis nomine ab Hier.